

Lat Cæcubi vini nomine quod in Terracina Volscorū olim metropoli, & Fundis Campaniæ vrbe, idest earum agris nascitur, cum tamen eorum vnumquodq; propriam habeat appellationem, sitq; Cæcubus ager vnde Cæcubum vinum sicut à Fundis Fundanum appelletur. Strabo lib. 5. Cæcubum quidem licet paludibus adiaceat, vineta tamen vini feracissima præcipuis enutrit arboribus. Et post eodē lib. Sinui verò Caietano contiguū est Cæcubum, cui adiacet vrbs Fundi in Appia via. Tota hæc ora præcipua adeo vina generat, verū Cæcubum & Fundanū & Setinum, sicuti Falernum & Albanum & Staganū inter nobilia numerantur. Et Martialis lib. 13. Fundani & Cæcubi diuersis Distichis meminit. De Cæcubo lege Plin. lib. 14. cap. 6. **NON TANTVM IN SYRIA ET ARABIA IN ARVNDINIBVS ET IVNCISHERBISQVE OMNIBVS ESSENT ODORES.**

Quod arundinem dixit, ita & Plin. lib. 24. cap. 11. sed & idem aliàs calamū odoratum vt lib. 12. cap. 22. & lib. 13. cap. 11. & Solinus cap. 65. Plin. memorato cap. 22. prodit communem esse Arabiæ, Indiæ, & Syriæ. Dioscorid. lib. 1. cap. decimonono. in India nasci, præcipuæq; esse bonitatis fuluum, geniculis frequentibus & qui assulose frangitur, plena araneorum fistula, albicantem, lentum in mandendo & astringentem. Officinæ vocant Calamum aromaticum. Q. Serenus lib. de medicina, Calamum simpliciter nominat, Hippocrates p. vge. **Ἰνδὺ** dicit, idest vnguentariū siue Aromatarium. Meminit Xenophon lib. 1. αἶα Βάσις. **ET IVN.**